QVIS obsecro, non videt, sanctū & eruditū hunc virū, humana passum? Nam, si per soliditatem petri, intelligit fidem, qua petrus Christum confessus est Matth. xvi. recte & euangelice dicit. Hæc enim fides est petra, a qua petrus nomen habet. A qua, qui recesserit, merito exors est diuini mysterij. **VERVM**, si per soliditatem petri, intelligit iurisdictionem & potestatem petri, & Rhomane pontificis, quilibet facile capit, q̄d verbo euangelij abutit et fallitur. Nonne omnes Apostoli fuerunt in soliditate petri, & tamen sub rhomana ecclesia non fuerunt? Sanctus Stephanus & alij, a paulo persecutionem passi, in soliditate petri fuerunt, antequam rhomana ecclesia fieret.

DEINDE, eadem humani affectus labilitate, dicit in Apostolo petro principaliter collocatum munus docendi, trahens ad singularem petrum, quod propheta plurali & indiffereto numero dicit, Sonus eorum & verba eorum.

SED & hoc manifeste falsum est, quod petrus, caput sit totius corporis, a quo dona sua Christus in omne corpus diffundat, nisi intelligat partem ecclesie, quæ docente petro erudita est, vt est latina & occidentalis ecclesia. Nam etiam per alios Apostolos, præsertim paulum, dona sua diffudit in multo plures, quæ per petrum, vt mihi miraculum sit, tam profunde huius pontificis mentem fuisse occupatam, vt hæc scribens, non meminisse potuerit pauli & aliorum Apostolorum. Si ego dixisset, per quem dona sua in corpus diffunderet, recte dixisset sed in omne corpus, nimium dictū est.

SEQVITVR idem Leo, Hunc (petrū) enim in consortiū indiuiduæ vnitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari dicendo, Tu es petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, vt æterni templi ædificatio mirabili munere gratiæ dei, in petri soliditate consisteret.

ITERVM per soliditatem petri, non fidem vniuersalis ecclesie, sed potestatem Rhomane ecclesie significat. & verbū Christi, sub persona propria petri, nō autē eccl̄ie, accipit dictū, vt clare ex sequentibus patet, vbi dicit, Verū, hanc firmitatem petri istius sanctissimæ, deo (vt diximus) ædificante cōstruktā, nimis vult impia præsumptione violare, quisquis eius potestatem tentat infringere, fauendo suis cupiditatibus, & id quod accepit a veteribus non sequendo.

ECCE, seipsum exponit, soliditatem petri, esse potestatem Rhomane ecclesie: idem per secretissimam fidem spiritus, & externam iurisdictionis potestatem intelligens, non sine verbi angelici iniuria.

NON ergo infringit soliditatem petri, qui sub legibus Rhomane ecclesie non viuunt, sed, qui non id credit, quod petrus confessus est, **PROTESTOR** autē ego, q̄d decreta quidē huiusmodi nō damnare. Nihil enī meæ salutis deperit, si tolero alicuius violentiam scripturæ interpretationē, modo vera & legitima intelligentia iuxta salu-

ua sit. Sed hoc ad nitor, vt rem & fidem nostram constanti & solida intelligentia discamus firmare. Quamuis enim eiusmodi abusio- nes scripturæ valeant pro ijs, qui iam credunt, & tolerandæ sint: tñ oportet etiã, si cum contentiosis oriatur bellum, habere simpli- cem & germanum sensum Christi, qui stare in acie victor possit, ne ecclesiam & omnes nos ludibrio exponamus. **NEQVE** enim cum illis sentio, qui rho. pontifices non errasse putât, & apud eos solos esse veram scripturæ intelligentiam, cū longe contrariū hic & multis alijs locis videatur homines fuerūt, sicut & cæteri Episcopi. **NEQVE** sane grande miraculum est, sanctos hos pontifices, humana infirmitate sibi ambiuisse primatum, quando & ipsi apostoli præsentem Christo, non solum ambiuerunt, sed etiam non semel inter se contenderunt, quis eorū videretur maior. Sicut ergo Christus benigne tulit eorū humanitatem, ita & ecclesia talium pontificū ambitionis reliquias ferendas discit, & decreta eiusmodi, ideo non penitus rejicit. **ILLIS** porro & manibus & pedibus resistendum est. Qui non contenti, quod huiusmodi decreta humiliter serimus, sed eo insaniunt, vt tanquã non sit alius in scriptura sensus, ea pro necessarijs articulis fidei nobis sancire, & omnẽ alium sensum hæreticum proclamare audent, omnia sine vilo iudicio legentes. qua temeritate necessario tandẽ sit, vt legitimū Christi sensū amittamus, & in humani arbitriū & arenã adificemur.

SI ENIM verum esset, quod hic Leo iste dicit, & tanq̃ diuisio præcepto eius verbis obediendū esset, iam tota orientalis ecclesia, ab initio sui vsq; ad finẽ, fuisset exors diuini mysterij, quia nunquã sub rho. ecclesie potestate fuit. Tolerandus itaq; error huius Leonis: non aut̃ propter eum alius & verior sensus relinquendus.

SECUNDVS est Leo. iiii. dif. xx. c. de libellis dicens. Quam ob causam, luculentius & magna voce pronuciare non timeo. quia, qui illa (quæ diximus) sanctorū patrū statuta, quæ apud nos Canonum nomine prætitulantur, siue sit Episcopus, siue clerici, siue laici, nõ indifferenter recipere conuincitur, nec catholicam, nec apostolicam fidem, nec quatuor euangelia vtiliter & efficaciter ad effectum suum retinere, vel credere probatur.

VERE, nimis nihil times, mi Leo, pnuciare, audens humana statuta euangelij æquare & audacter satis affirmas, ijs nõ seruatis, nec fidem catholicam seruari, Si de contẽptoribus, & ijs, qui sub te sunt dices, recte dices. nunc contra, qñ mores & fides, traditiones cū euangelio, verbū hominis cū uerbo dei confundis, nõne homo es? Quis ferat, vt euangeliū & fidẽ nõ seruare putetur, qui sub statutis illis nõ fuerit? Tu cū tuis serua statuta & canones. Illis, qui sunt i oriente, alia sunt statuta, sed idẽ euangeliū.

TERTIVS, dif. xxi. c. Clero, qd capitulū ego nõq; credã esse ab aliquo rho. pontifice cõstitutū, sed videf Isidori cõmentū esse. Qui Metropoli mensurã ciuitatis, et Acolytū ceroferariū, aliosq; gradus egressia inscitia describit, & inuenit tamen autoritatẽ. Põtifex; inq; princeps sacerdotū, est vel esse dicitur, quasi via sequẽs

Claudabile studij Mar, Lutheri.

Dissentit ab ijs, qui solis rho. p̃õ. verã scripturæ intelligentiam arrogant, & pon. ambitio- nis excusat.

Insanētibus totis iuribus resistere, ne cessarium.

Leo hic non audiendus. Tolerandus Leonis error sed nõ sequẽs dus.

Verba Leos nis.

Nimis audacter Leo pronunciat. Leo, homo

Isidorus.

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS.

Quo hec
ore quo vul
tur

titū. Ipse enim summus sacerdos, ipse pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes & leuitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit, ipse quod unusquisque facere debet, antea autem pontifices et reges erant. Nam maiorum haec consuetudo fuit, ut rex esset sacerdos et pontifex, unde & pontifices romani imperatores appellabantur.

HUNC diuinatorem contemptum praeterissem cum erroribus suis, nisi viderem hinc sumi hodie a nonnullis, quod papa imperator maximusque pontifex, factant. Ideo, non inter canones, sed inter canes hunc deputo. & ne id sine iudicio faciam, opponam ei contraria decreta, quae simul sententiam nostram iuuabunt.

Opponit ei
contraria de
creta,

DICITVR enim dis. xcix. c. prime, prime sedis Episcopus, non huiusmodi, sed tamen primae sedis Episcopus. Et sequitur. Vniuersalis autem, nec etiam romanus pontifex appelletur.

Nota s. canos
nes plus pec
care in rho.
pō. q̄ Luthe
r⁹ vnq̄ ausus
sit cogitare.

HIC ego in iudicium voco ipsos canones & canonistas, doceant me quae, quid hic dicam. Iste canon probatus est, sed vide quanto maiora crimina committat in summum pontificem, quam ego vnquam ausus essem cogitare.

Vide quae so.
q̄ inq̄ sint q̄
da in Luthe.
Ruffini,

PRIMO, non solum frigidus asserit, sed & negat & prohibet, ac damnat eos canones & canonistas, qui rho, pontificem principem, caput, summum, maximum appellant. Deinde primatum eius auferens penitus, eum reliquis primatum sedium Episcopis, id est, patriarchis, aequat. Vbi sunt ergo, qui me noua posuisse garriunt, quae frigidissima decreta dixi superiora, & credo, non inique. Nam haec non Concilium Africani, eo plus illis praefertendus est, quo longius ab ambitione recedit, & euangelicam modestiam sapit.

Huc spectet
Ruffinus, ut
idoleat, sapi
atq; dolendo.

QVI ergo me haereticum accusant, obsecro, pareant saltem huic canoni, si mihi volunt parcere. Ego omnia admisi, quae cumque rho, pontifici hodie tribuuntur. rem non nego, factum non contradico: sed de iure eius disputo. & sentio, quod non iure diuino, sed decretis hominum, talia tribuuntur. Quid amplius faciendum mihi est? An non solum debeo factum confiteri, sed etiam mendacis & corruptionibus scripturae idem stabilire? Absit.

Ruffine, &
huc ad Pelagium respice,
ut inuideas,
simul illachri
mesque viden
do.

DICITVR damnat rho, pontificem, vniuersalem pontificem vocari, quod ego tamen nunquam damnaui. Sed addamus plura.

Prohibet, ne
quisquam vltis
appellet pon
tifice.

IBIDEM Pelagius omnibus Episcopis scribit in hunc modum. Nullus patriarcharum vniuersitatis vocabulo vnquam utatur. Quia, si vnquam patriarcha vltis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc a fidelibus, sibi velle quempiam arripere, unde honorem propter charitatem vestram, neminem vnquam, etiam in epistolis suis, vniuersalem appellet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem inferat in debitum. Vides, quod honoris fraterni imminutio sit, si vnquam omnibus praefertatur, etiam rho, pontifice autore.

IBIDEM b. Grego. Eulogio patriarchae Alexandrino, Ecce in praefatione epistolae, quam ad me ipsum, qui prohibui direxistis, super hoc appellationis verbum, vniuersalem papam me dicens, imprimere

RESOLVTIO.

FO. X.

re curasti. **Quod** peto mi, dulcissima sanctitas vestra, vlttranō faciat. q̄a vobis subtrahitur, quod alteri plusquā ratio exigit, praebeatur. Nec honorem esse deputo, in quo fratres meos, honorem suum perdere cognosco. Meus namq; est, honor vniuersalis ecclesie, meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego honoratus sum, cum singulis quibusq; honor debitus non negatur. Si enim vniuersalem papam vestra sanctitas me dicit, negat se hoc esse, quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc, recedant verba, que veritatem inflant, & charitatem vulnerant.

Hæc b. Gregorij verba, oēs Ruffini, nō penit? inspiciant.

Obscuro, quid hic dicemus? An adhuc pecco, quod frigidissima decreta vocauit aliquorum rho, pontificum, forte confictorum nos minum? qui ista secutus, debueram appellare verba veritatem infantia (id est, leuam & vanam facientia) & charitatem vultnerantia.

Quid si ego ista dixissem? esse videlicet non modo inefficacia, sed etiam inimica veritati, & contraria charitati?

Quid? si dixisses, Ruffin? hæretic? esses? Meus Ruffin? ne, Gregorio auscultat.

His adde & senas ferme epistolas b. Gregorij in Regestis suis, quibus ad imperatorem Cōstantinop. & patriarcham eiusdē, acerissime idem profequitur: protestans, oblatū fuisse a Concilio Chalcedonēsi rho. pontifici, hunc primatū, & tamen a nullo assumptū

QUOD si dixerint Canonistæ nouelli, esse hæc abrogata, vel per consuetudinē desisisse. Gratiās ago, hoc volui. Sequit̄ ergo, qd non verbis euangelicis, & iure diuino iste primatus stet, sed iure hominum & vsu. hoc admitto, hoc confiteor. alioquin, si iure diuino non stare, nunquam debuit non esse & fuisse. & peccassent mortali ter hic Pelagius & Gregorius, sicut cassantes ius diuinū, & eū la gelium deprauantes. Quando ergo iura humana sic cum asserūt, vt per verbum euangelij conētur probare, nonne necesse est, vt frigidissime & inefficacissime & violentissime id faciant? sicut videmus in prædictis, & nunc ecce amplius videamus.

Vt quidā fas ciunt Ruffin? Grego. & Pelagius? reticē?

Quart? **Anacletus. xxi. c. in nouo.** In nouo, inquit, testamēto, post Christum dominum, a Petro sacerdotalis coepit ordo: q̄a ip̄i primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, domino dicente, Tu es Petrus &c.

Verba Anacleti.

HAEC si intelligit, quod sacerdotalis ordo coepit a Petro in ecclesia latina, potest vt cunq; sustentari. quemadmodum et b. Cyprianus epistola tertia, Sedem Petri principalem, & vnde sacerdotalis ordo coeperit, appellat. aut sic coepit, quod Petrus, primus inter æquales Apostolos fuerit. **S**i autem intelligit, quod a rho. sede omnis ordo sacerdotalis, primo & solum veniat, ex dictis satis patet, quā sit erroneum. nec hoc tunc Anacleti ē decretum, sed si alicuius Anacleti palea.

Anacleti palea. Verba Pelagij.

QUINTVS, Pelagius, eadem dī. xxi. Sancta rhomana ecclesia catholica & Apostolica (forre quod cæteras, nec sanctas, nec catholicas reputat) nullis synodicis constitutis, cæteris ecclesijs prælata est. Sed euangelica voce domini & saluatoris nostri primatum obtinuit, Tu es (inquit) Petrus,

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS.

Hic plus ex **Hic magis erumpit & audet. nō tū cōtra prædicta dil. xdx. ad**
teris audet. ducta decreta, Sed etiā quod verbum Christi ad Petrū oīno tor-
quet de fide, ad potestātē iurisdictionis & pompā primatus. deint
de, solā Petri personam in verbis Christi accipit, reiecta persona
ecclesiæ, quā vere Petrus tunc gessit. **Ergo noua grāmatica. Tu**

Noua grāma **es Petrus, significat, tu es primus. et, tibi dabo clauēs, id ē, soli rho**
tica docemur **manā ecclesiæ, cæteris ecclesijs nihil habentibus. sed piget me oīa**
sacras literas **cōmemorare. In summa (vt dixi) si his ybis Christi rho, ecclesiam**
ita interpretari, **significauit, cū rho. ecclesia vix vicesimo anno ecclesiæ primitiua nas**
Tu es petr⁹, **ta sit, sequit, quod ipsa primitiua nō fuerit ecclesia: & deinceps om**
id est, prim⁹. **nes, quæ clauēs ex rho. ecclesia nō acceperūt, Christo inobediētes**

Tibi dabo **fuerint. Er ita S. Stephanus, cū tot milibus martyrum orientalis ces**
clauēs, id est, **clesiæ damnati censentur. Vt omittā, quod si per verbū Christi**
soli R. ecclesiæ **potestas rho. ecclesiæ intelligeretur, vt hic vult, & Christi super**
potestas rho. ecclesiæ intelligeretur, vt hic vult, & Christi super
hanc petram, ecclesiam suam se ædificare promittat, sequit, quod

Sup quā pes **vnīuersalis ecclesia non super fidem, sed super potestatem rho. ecc**
tram rhomas **clesiæ ædificata est: super quā tunc ipsa rho. ædificata est: non sus**
na ecclesia ædi **petrā id est, suā potestātē, nec super fidem, ergo super nihilū.**
ficata est: nō **Quis ferat hæc? Vides ergo, quā possum inuehi in istos hominū**
sup petrā .i. **sensus, si vellem libere agere. nunc autem sufficit mihi ostendere,**
suā potestātē, nec **quod his decretis contra hostes, & in contentione nihil effici pōt.**
sup petrā .i. **sunt enī languidissima, frigidissima, & penitus ineptissima, ad cō**
fidē, ergo sus **tentionem. Sat est, quod tolerantur pro fraterna charitate, non eti**
per nihil. **am adorentur pro solida & germana veritate.**

Toleranda **SED nec hoc ferendum est, quod infert. In ijs omnib⁹ quanto**
sunt frigidissi **gradus celsior, tanto maior autoritas inuenitur. In maioribus sū**
ma qdā de **quidem est regendi iubendiq; potestas. In minoribus obsequens**
creta, nō ado **di necessitas.**
randa.

Pessima con **VIDE. vt necessitatē omnibus imponit, & sibi soli (cōtra cha**
sequentia. **ritatis officium) libertatem arrogat, sed pessima consequentia.**
Nō enī mox maior autoritas est, vbi gradus celsior est. Petr⁹ enī
primus apostolorum fuit, sed nullā in eos autoritatē habuit vnq̄.
immo cōtra, Apli in Petrū habuerūt autoritatem, vt A. G. viij.
scribit, quod apli miserūt Petrū & Iohannem, qui tunc primores
erant inter aplos, & tñ missi sunt aplis, tanq̄ maioribus, ad Sa
maritæ fideles. Labit ergo Pelagi⁹ hoc loco satis aperte, quanq̄

Excusat Pe **ego credo, hos & similes Canones, nihil præter nomē de rho. pōt**
lagū. & pō. **ficib⁹ habere. Esse autē cōpositos ab eorū officialib⁹ & scribis, in**
theologia parū doctis. Ideo nihil euangelicū, nihil ecclesiasticū
spirant: sed humanum affectum, carnem & sanguinem.

Papa Nicō **SEXTVS, Nicolaus papa eadē dist: c. inferior, volens robus**
laus. **stissime probare, quod inferior nō pōt superiorē absoluere (intel**
ligit autē Constantinopolitanā ecclesiā inferiorē. Nam hæc multo
rū Canonū causā fuit pro isto primatu) inducit illud Isaie. xiiij.
Nunqd gloriabit securis cōtra eū, qui secat in ea, aut exaltabitur
ferra contra eū, qui trahit eā? His: inquit: ex diuina scriptura cōs
memorat, sole clari⁹ exhibuim⁹, nō posse quēq̄, qui minoris au

sortatis est, eum qui maioris potestatis est, iudicijs suis adiungere. **Hic ex papa**
 Quis non miretur quia adeo iste autor sub nomine papæ, scripturas facit deū, cæs
 tractat apposite, deum facit ex papa, ceteros episcopos, non fratros, epos,
 tres, non homines saltem, sed instrumenta facit. Hoc est nimirum, nec fratres,
 sole clarius exhibere, id est, tenebras offundere. nec hoies, sed
 instrumenta.

Ut omittam, quod hoc syllogismo probat, non posse inferiorem
 superioris esse iudicem. qui probandum suscepit. quis esset superis
 or & inferior, tam apte & acute disputari dignus fuit iste primas
 tus ambitionis foedissima.

DEINDE, in fine, Rhomanā ecclesiam matrem vocat omnium **C**ulus filie
 ecclesiarū. In quo mirū est, cuius filix & disciplinæ fuerunt ecclesie & discipula
 iudææ, de quibus Paulus ad Galatas dicit. Eram ignotus facte ec
 clesijs iudææ: Et quæ ecclesia fuerit, quā Paulus vastabat. Siquidē
 Rhomana ecclesia tunc erat adhuc in lumbis patris sui Petri. longo tēpore
 qui Hierosolymis erat. Quid quæso Hierosolymitana ecclesia anterho, oim
 didicit a Rhomana: Cur mētū Paulus Rho. xv. dicens, pauperes
 sanctos in iudæa, iuste accipere collectam a Rhomanis & alijs gē
 tibus, quod spiritualū illorum participes facti essent, quo verbo
 Apostolus Hierosolymitanā ecclesiā, matrē, matricē, radicem sig
 nat omnium plane ecclesiarū totius orbis, etiam Rhomanę, quod
 et verum est. **Q**uis enim negare potest, ecclesiam gentium, pos
 teriorem esse ecclesia iudeorum, & ex hac illam natam ē cum tot
 in locis hoc de gentibus prophetæ prædixerint, cum in actibus di
 scipuli dispersi solis iudæis prædicasse verbum, & de gentium sas
 lute, stupuisse legantur. Et Paulus rho. xv. Iudæorum ministrum
 fuisse Christum, & gentes misericordiam consecutas, ad ruinam
 iudeorum doceat. Sed & Christus Ioan. iij. Salus inquit ex ius
 deis. Modeste itaq; dixisset, Matrem ecclesiarum, matrem vero
 omnium ecclesiarum, hyperbole est nimia.

SEPTIMVS, Nicolaus iterum dis. xxij. c. omnes, de quo textus
 tu nescio quid dicam. Nam prope corrigo meam propositionem,
 & dico, quo rho, ecclesiam alijs esse superiorem probatur. ex de lyl
 ramēis cuiusdā ineptissime paleæ, nomine Rhomanorū pontificū
 ecclesiā Christi illudentis. Audi, quæso per Christū, qui hic dicat
 ecclesiā (inquit) siue patriarcharum, siue cuiuslibet apstē, siue
 metropoles, primatus aut episcopatuū cathedras, vel ecclesiarū
 cuiuscumq; ordinis dignitatem instituit Rhō, ecclesia: Illam vero
 ipse solus fundauit, & supra fidei petram mox nascentis erexit.
 Qui beato Petro æternæ vitæ clausuro, terreni simul & celestis
 imperij iura commisit.

PROGO te lector, de Rhomanis pontificibus, & ipsa Rhoma
 na ecclesia, tot milibus martyrum in cælo & terra fulgente, alia
 que potes, sentias: modo propitius tibi sit Christus, ne hoc decre
 tum credas, editum ab vilo Rho. pontifice, saltem seiente.

PRIMUM, verbo Christi solam Rhomanā ecclesiā fundatā
 garit hic impius, quisquis est, Rho, nomis ementitor. Ceteras au
 tem (sequit) nō Christus, sed rho, ecclesia fundauit, quia rho, eccles

teros, epos,
 nec fratres,
 sed
 instrumenta.

Culus filie
 & discipula
 fuerunt eccle
 siæ iudææ. q
 anterho, oim
 matrē fuerūs

Ecclesia gens
 tium, posteri
 or ecclesia ius
 dæorum.

Nicolaus 8.
 Nilatous.
 Prope curris
 git in propos
 itione, frigit
 dissimis de s
 cretis, per de
 lyramenta cu
 iusdam inept
 tissimæ paleę

Appellat loc
 torem.

DECIMAE TERTIAE CONCLUSIONIS.

**Supra quam
petram quae
so alias eccle-
sias erexit?**

flam supra fidei petra erexit, supra qua petra quae so alias ecclesias erexit? An supra harena? Non creditur idem rho, ecclesia, et alia ecclesiae? Non sunt ipsae etiam ecclesiae? Si sunt ecclesia Christi, cur tu impij simo ore resistis Christo dicenti, Super hanc petra edificabo ecclesiam meam? Quid significat ecclesia mea? Non est nisi una rho, ecclesia sua ecclesia? Si autem quaelibet alia, etiam ecclesia christi est, & christus a se firmat eam edificandam supra petra fidei, impio iam errore dicitur ad solam ecclesiam rho, pertinere, & non ad alias omnes.

**Rectius talia
decreta impi-
ssima quam frigidissima dix-
eris.**

Te nunc appello, lector, ut iudices, an haec decreta modeste, an immodeste, frigidissima dixerim, quae verius impijssima dicere debuisssem. Non quod rho, pontificum sint, sed quod nomine eorum vulgatum, & per ipsa iam multis annis adulentissimis pontificibus, has insanias nihil curantibus, quin & suauiter audientibus. Igitur euangelium hoc interprete, sic intelligimus & locupletabimus. Ego supra fidei petra edificabo ecclesiam meam romanam. Romana autem edificabit supra suam sententiam ecclesias suas, non meas, quia mea, supra fidei dei petra edificabo. Ecce nunc eant adulatorum, & stantur nobis scripturae sanctae interpretationem, ad rho, pontificis scribas pertinere. Deinde vide, quid sit in curia romana, iuristas dominari: et sine theologis ac sacris literis, de sola potestate, et spiritu sancti praesumere, hoc est, per solam potentiam scripturas tractare. Ceterum, iuxta Augustini regulam: Et rho: Et ois pontifex subiacet cuiuslibet fidelis etiam iudicio, maxime in materia fidei.

**In adulatorum
tores,**

**Resomnium
lachrymis
digna.**

NAM illud, quae euangelice dictum est, quod caelestis imperij & terreni iura Petro commisit, obsecro, non est haec res oibus lacrymis digna, quod haec non modo legere, sed etiam credere pro oculis spiritus sancti urgeamur. & ita urgeamur, ut ignem minentur, si contra quid mutiamus? Atque ita sit, ut haec maiore timore & religione amplectamur, quam vllum aliud, vel fidei, vel morum preceptum diuinum, vbi ignem nemo minatur. quin glorificatur, & adhuc bonum statum ecclesiae somniamus, nec Antichristum in medio templi agnoscimus. Igitur, vox ista blasphemica est in impijssima, quod Petrus iura caelestis imperij teneat, cum solum ministerium verbi teneat in terra, christus solus sit dominus coli & terrae. Deinde, imperium terrenum, & christus docuit, & Petrus contemnere. hic non solum non habere, sed etiam iura eius in manu Petri constituit. Hinc secutum est malum, quod adulatorum, rho, pontificem, in utroque regno dominum constituunt. quod nec christo quidem datum est, qui suum regnum negat ex hoc mundo esse. Mirum autem, quod Petrus Neronem principem passus est, non modo in rho, sed etiam in sua cruce, qui potuit ei iura terreni imperij auferre. aut certe frivolum & impium est, successorem Petri hoc presumere, quod in petro non fuisse cernitur.

**Blasphemia
impijssima**

**Error Syl-
uestrorum et
Ruffinorum.**

**Pereant ista
arrogantissi-
ma verba.**

Pereant ergo, arrogantissima vocabula ista, imperij, iura imperij, caelestis & terreni imperij. Soli deo haec conueniunt. ministrum ecclesiae & sacerdoti, christi seruo, modestiora tribuantur.

SEQVITVR EADEM PALEA,

NON ergo quælibet terrenæ sententiæ, sed illud verbum, quo Verba paleo
constructum est cælum & terra, per quod deniq; omnia condita
sunt elementa, rhomanam fundauit ecclesiam.

VIDE MONSTRA, aut hæc de sola ecclesia rhomana dicuntur, **V**ide mōstra
tur, & sequitur, omnes alias ecclesias esse terrena sententiæ stas
tutas, & sine verbo dei, sine quo nihil factum est: quod factū est. **S**ine verbo
& sic omnes aliæ ecclesiæ sunt nihil. Aut simul etiam de alijs ecc
lesijs intelligendum est, esse scilicet eas per verbū dei: quod om
nia condidit: statutas.

Et sequit̃ hic: nihil singulare de rhomana ecclesia dici, nisi inanē
pompan syllabarum. Et ita decretistam hunc: aut intolerabili im
pierce: negare cæteras ecclesias vna cū christo: aut seipsum sua
inficitia manifestissime irridere

QUOD si de constitutione ecclesiarum: iuxta dignitatis gra
dus loquitur: non iuxta substantiam: patet ex prædictis: quam
peruerse, hoc verbum christi, de fide totius ecclesiæ vniuersalis,
torqueat, ad potestatem vnius hominis. Christus suam ecclesiam
supra petram ædificare se dicit, hic vero non, sed dumtaxat rhoma
nam, hoc est, cæteras ecclesias nihil facere, & christum negare.

PORRO, si cæteræ ecclesiæ sunt terrena sententiæ statuta, &
hanc sententiæ rhomanæ ecclesiæ esse dixit, suo ore sese damnat,
suam sententiæ esse terrenam, non diuinam, dicens.

Et vbi manet, quod vocem Petri, tanquam diuinam, & nō ter
renā audire oportet: porro, q̃s cōstituit ecclesiā Hierosolymitanā,
antequam ecclesia rhomana eēt: An nō petrus, verbo dei rhoma
nam ecclesiam constituit?

Verum si de dignitatis cōstitutione loquitur, non de substantia
ecclesiæ.

¶ TVNC ARGVO SIC.

RHOMANA ecclesia est diuino verbo alijs superior consti
tuta, ergo necesse erit, vt eodem verbo cæteræ ecclesiæ sint ei infes
riores statuta. quia, non potest statui superior, nisi sint quibus su
perior statui possit.

Vbi ergo est, quod supra dixit, Inferiores cæterarum ecclesiarū
ordines a rhomana ecclesia instituit, non verbo diuino, quo vult
sola constitui ipsa? Nam, quomodo christus potuit statui domi
nus, nisi simul gentes & termini terræ subijcerentur, & mons Zi
on, cui rex præficeretur?

ADDE HIS, si quis dicat, si rhomana ecclesia diuino ṽbo fun
datur super omnes, oportet ergo, & eas certas nominari, quæ ver
bo diuino subijciantur. Age, esto ergo hæc sententiæ, diuina, rho
mana ecclesia est alijs superior, dic vbi scriptū sit eius correlatiuū,
Ecclesia Mediolanē. est ea inferior, aut vlla alia? Si nulla noia,
nulla subesse debet, præcepto saltē diuino. Quid hic melius dici p̃t,
quæ quod ṽbū christi, nec de superioritate, nec inferioritate ecclesia
quæ intelligi possit, Sed de sola, eadē, inuictaq; fide & potestate

Forte argu
mentū & ne
cessarium.

Aliud argu
mentum.

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS.

omnium ecclesiarum æqualiter. Vides ne, quid sit sacras litteras pro humano affectu, & sine timore dei tractare?

SEQVITVR.

Prius legium **C**illius certe priuilegio fungit, cuius autoritate fulcitur. Vide quod rho, ecclesie, corollaria inferat. Verbum Christi, de fide ad potestatem significationem atque omnibus ecclesie detortum, priuilegium sit rho, ecclesie in verbo, quod communiter omnibus suis iure diuino ecclesiis conuenit, quia Christus dicit, Super hanc petram edificabo est eodem, aut ecclesiam meam, meam, inquit, meam. Si ecclesia alia quælibet est ecclesia rho, ecclesia Christi, ipsa certe edificata est super eandem petram, & nullum est priuilegium, quoniam si, priuilegium non stat, quia nulla est ecclesia, cui Rhomana superior esse possit. Iterum dico, pronomine mea, aut significat solam deo petram edificatam, aut omnem ecclesiam. Si sola, non habet priuilegium præ cæteris. Si omnem, iterum non habet priuilegium præ cæteris.

Quidam hac **E**ligat ergo quod vult, per hoc verbum Christi, Rhomana ecclesia, aut erit sola, aut non erit prima. **A**lia ergo via probandus iste primatus, quia illusionem hanc sui, euangelium Christi (ut vides) quam pulchre cludit, & (ut prouerbiū Salomonis miser) illudit illusores suos. **E**t sunt tamē tam multi, qui ex hac misera palea, priuilegium rho, ecclesie, passim pro articulo fidei, vel omnium primo & maxime vel Christum negari patentes, si Christum neges, quam si hoc priuilegium negari patentes, quia hanc paleam.

SEQVITVR ITERVM COROLLARIVM, TALI THEMATE DIGNVM.

Peccat certe, qui conatur et non perficit. **P**er petram fidei intelligit mundationem. **U**nde non est dubium, quia quisquis cuiuslibet ecclesie sussummo omnium ecclesiarum capite, traditum (vide hiatum istum Steuatoreum) auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labitur. **E**cclēsia rho, non habet ius sed priuilegium. Quod est supra petram fidei edificata, hoc enim solius rho, ecclesie est, isto autore. Deinde, petram fidei, intelligit prælationem hanc primatus terreni. Nam, hæc duo perpetuo miscet & confundit, hæc palea.

Probsecro, quanta patientia est, ista tolerare? primum sicut dixi. Si petra fidei signat, eadem est omnium ecclesiarum, nullo reliquo priuilegio. Si autem non omnium est eadem, sola erit ecclesia Rhomana non habens cui præferatur. **S**ecundo, si petra fidei, dignitatem significat, iam sibi ipsi contradicit in eodem verbo, verbisque Christi ad alteram, fidei significationem in potestatis significationem uertes. & spiritum in carnem, Christum ad mundum trahens. **N**on ergo est hæreticus, qui negat hoc priuilegium rho, ecclesie, sed ille deprauator est verbi dei, qui per fidei petram intelligit. **Q**uod autem in fine Ambrosium adducit, qui se matrem ecclesiarum asserit sequi Rhomanam, vtinam & ipse idem facere cum

Ambrosio. Ecclesia Rhomana mater est, sed non omnium ecclesiarum. Nam, & Metropolis quælibet est mater ecclesiarum, iuxta patrum statuta. Deinde, rhomana ecclesia, nunquam verbis Christi has contumelias fecit, quas hæc palea facit, sed per petram fidem intelligit, non tyrannidis ambitionem.

OCTAVVS (vt finem faciamus horum deplorandorum interpretum scripturæ diuinæ) est iterum Anacletus eadem dist. c. sacrosancta (sic enim ausus est, quisquis fuerit ista barbarissimus Notarius, etiã tanto pontifici tribuere, tantam, & inscitiam, & temeritatem, quantam videbimus:

SACROSANCTA rho, ecclesia, quia aliæ non sanctæ, aut non sacrosanctæ sunt, etiam si eadem fide, verbo, sacramento, spiritu, prorsus eadẽ sanctitate sanctificet) non ab Apstis, sed ab ipso dño et saluatore, primatũ obtinuit, sicut b. Petro dicit, Tu es Petrus &c.

SI ALIQUIS gentiliũ, sic exponi verba Christi audierit, quãdo christianus fieret: Igitur & hic primatũ intelligit per verbũ, Tu es petrus, seu per hanc petra. Eligant autẽ (vt iterũ eadem res peram) vtrũ voluerint. Petra hoc loco, aut significat fidem spiritus, aut primatũ exterius, vtrunq; enim simul nequit significare.

Si fidem, iam omnes ecclesie super eã sunt ædificatæ. quia Christus dicit, super hanc petram, ædificabo ecclesiam meam. Ergo, cuiuscunq; conuenit dici a Christo, ecclesia mea, ad eandem pertinet, petra & petrus super quã ædificatur, ita nihil propriũ rho, ecclesia habet, sed omnia sunt communia. quia vbi eadem fides, eadem quoq; potestas clauium. fidei enim & petrae datæ sunt clauis, vt patet.

Si potestatem, iã iterũ omnes sunt equales ecclesie. Quia cuiuscunq; dicitur a Christo, ecclesia mea, simul dicit, ædificabo. te super petra, id est, potestatem. quare quælibet ecclesia, hoc verbo erit omnium prima, quia habet eandem petra, qua rho, ecclesia, gloriatur esse se primam. Ita quoq; te veritas, semper occurrit, & resistit tibi Christus: dum ecclesia suã, supra petra ædificat, nec sunt ulli particulari ecclesie, hanc petram appropriari.

Ideo, nec petri. Vides ergo, quod vnicũ illud pronome, meã, tanq; chrystallus cœlestis, omnes has decretales infrigidat, vt ante faciẽ frigidis eius nulla sustinere possit, dum cõmunẽ petra, eõdem potestatem, cões clauis, cõmunẽ petri, & oia cõmunia facit. Ita iure diuino, quicquid habet rho, ecclesia, habet quælibet ecclesia, quantũlibet parua.

Quia ad omnes dicit, & Paulus. i. Corin. iij. Omnia vestra, siue Paulus, siue Appollo, siue Cephe. siue mundus, omnia vestra, vos autem Christi.

ESSET sane ridiculum, quod omnium ecclesiarum, idem est baptismus, eadem eucharistia, eadem confirmatio, idem verbum dei, idem sacerdotium, eadem poenitentia, vnctionis, matrimonij, & omnia sacramenta: eadem fides, spes, charitas, gratia, mors, vita, gloria: & vna hæc temporalis potentia, vni tributa esset, per verbum dei, quod cõmunẽ est omnibus.

Quare vbiunq; prædicatur verbum dei, & creditur, ibi est ves-

Ambrosius.

Quia? and
detus.

Sacrosancta
palea est, cas
ue accedas.

Elige, vtrũ
maius, super
petra, aut sig
nificat super
fidem, & sic
oẽs ecclesie sus
per eam sunt
ædificatæ, aut
super petram
significat pos
testatẽ, & ita
omnes ecclesie
sunt equa
les.

Hoc pronome
meã, infrigidat
feruorem
omniũ deere.

Quicquid iu
re diuino rho,
ecclesia habet,
id eodem ius
re habet &
libet ecclesia.

NOTA

Hæc ratio vtrũ
sola, aduersa
rios nugaciõ
tatis arguit.

nos, vt successores Petri & primo loco habitos. Et in hoc recte & laudabiliter actum est, & agitur, agendumq; est, sine querela.

QALTER aut primatus potestatis, nunq; fuit petro dat⁹. quia presbyteros ordinauit, in locis suis, oēs a solo chisto sunt equaliter missi, & immediate. Hunc primatū isti honestissimi canones ambiunt, & verbis dei abutuntur in hanc tyrannidē stabiliendam. Nolunt enim vllū Ep̄m in toto mundo fieri, nisi palliū & autoritatē Rho, p̄tisticis habeat. Et vbi pet⁹ sese nō extulit super ap̄s ibi vni⁹ ap̄li successor, lōge minor suo p̄decessore (sicut Ep̄s ap̄lo) nō cōtē⁹ honoris primatu, oim ap̄lorū successoribus vult dominari in potestate & violentia, sed non etiam ipse pascere &c.

HANC rationē inuictam appono omnibus, qui Rho, pontifici adulant super totius mūdi dominio. & expecto cū fiducia, qd nā contra possint mouere, aut gannire. Qua simul fret⁹, tanq; certissima, & oibus notissima veritate, cum fiducia proclamo, quod decreta quecūq; aliter statuūt, nō modo frigidissima sunt, sed etiā cōtraria diuinæ scripturæ, euangelio & actibus, ep̄lis ap̄lorū. In quibus tam crebre, tam aperte, Ap̄lorū æqualis, & in mundo diuersa cōmissa prouincia describit: vt ego non possim satis admirari, esse potuisse vnquā tam temerios adultores, qui cōtra hæc minima scripturæ, sumū suum terrenū leuare auderent, hoc successoris petri ep̄o arrogantes, quod nec ap̄lo p̄decessori vnquā permisum ē. Nec tamē mirarer, si id solū atrogarēt, nec hoc quererent, sed quod huic arrogantia repugnantes scripturas maluerint, corrūpere, quā repugnantibus tēporalē hūc potestatis primatū credere

ADDO ad hæc, quod nec in hoc recte & euangelice sit a rho, pontificibus, quod Episcopus e rho, ecclesia propagatus, id est, ecclesiā latinā sic administrant, vt soli ipsi ordinēt & cōfirmēt. Episcopus oēs. In hoc enim nō Christo, sed sibi ecclesias christi videntur arrogare, cū ap̄li Pauli exemplo, deberent etiā alijs cōmittere cōstitutionē Episcoporū, videlicet Archiepiscops et vicinis. Deherent ergo illos deo cōmittere, & neq; cogere, vt p nouo Episcopo ad urbem mitterent. habet enim hoc speciei nō leuē avaritiæ & tyrannidis, qua dominent fidei eorum. quod Paulus noluit in Corinthios sibi vsurpare. Sufficeret enim semel Episcopū dedisse & deinceps eos gratiæ dei commendatos propagationi propriæ eos relinquere. aut solummodo curā gerere, ne a fide degenerarēt, sicut apostolus in Galatis monstrauit exemplum.

Nunc videmus prætextu huius beneficii & primatus, omnium episcopatus & sacerdotia, in voraginem rhomane avaritiæ rapi, tot simonia impudentissimæ monstris, hoc vno operculo tectis.

Quid hie Ruffine vi des qd nolise

Dñari quid volūt, sed nō ipse pascere, & animā p ouibus ponere &c.

Pia & fidus cta christiana plena p sessio.

Adulatorū impudens arrogatio.

Fidele & christianum consilium.

Multa simonia impudentissima monstra, vno operculo tegūtus

Q SEQUITVR.

ET Chepas, id est, caput & principū teneret apostolat⁹. Vel hic loc⁹ ostendit, magis affectu p̄tatis, quā veritatis studio, hūc primatū quæsiit. Quō enī tot falsis argumentis vterent, si semel &

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS.

Multis eget solidā haberet caullam & multis aut eget mendatiū, vt verū appa
mēdatū, vt reat. Itaq; tā inscius est iste Scenicus & poetic⁹ Anadectus, vt Ce
verum appa phan, caput interprete, cōtra euidētissimū & apostolicū testimo
reat. niū Ioannis apolloli, qui dicit Iohan. ij. Intuit⁹ eum Iesus dixit,

Cephe: teste Tu es Simō filius Ioanna, Tu vocaberis Cephas, qd interpretat⁹
Hierō: Syrū Petrus. **P**udet me, quod super hoc errore crassiss. tantū negotiū
vocabulary struitur. in quo simul indiligentes se fuisse euangelij lectores:
& interpreta IDEO non mirū, quod & falsos intellectores se ostendunt. Mes
tur soliditas lius Leo supra petram, soliditatem intelligēs, **V**ocabulum Cep
vel petra. phe bene nouit. At hic, nec euāgelitū, nec Canones recte intelligit.

Cephale est Est aut Cephe: teste Hierō: syrū vocabulū, significans soliditatē,
caput. quā græc⁹ petrū vel petrā, id est, saxū vel rupē firmam transtrulit.
At noster nugator, cephalen græce, pro cepha Syriace accepit,
& tñ inter sacros canones, vel primus habet. Nam in decretalib⁹
q̄s Greg. ix. & Bonif. viij. cōgesserūt, huic canoni suisq; sibi⁹ aus
toritas tanta tribuit, vt vix vna sit, quæ nō totū hūc spirat. **P**re
tereo, qd deinceps hanc formā successoribus traditā fabulat. seruā
dā a ceter⁹ E p̄is, oīno alit⁹ nihil quā ambitiosissimū spiras affectū

SEQVITVR PVLCHRA SIMILITVDO.

Pulchra simili **E**T NON solum in nouo testamento est constitutum, sed etiā
litudo. in veteri fuit, sicut scriptum est. Moses et Aaron in sacerdotibus et
Moses & us, id est, primi inter eos fuerunt.

Aaron. **Q**UID audio & quā nō frustra hos canones lego, quā egregie
Non frustra disco scripturas intelligere. **P**RIMVM, qui vnū solū summū
hos canones sacerdotem in veteri lege noui, nunc didici duos fuisse primos
excudit. **S**ECVNDV, etiā grāmaticā nouā vide, in sacerdotibus ei⁹,

Vide nouam idē est, quod primi inter eos fuerunt, cū hucusq; hoc versū psalmi,
grammaticā. intellexerim nihil aliud dici, quā Moses & Aaron sacerdotes, vel
de numero sacerdotū fuisse, sicut Samuel inter inuocantes nomen
eius, nihil de primitate vel cogitans. **T**ERTIVM documētū,
quod summus sacerdos veteris legis fuerit figura rho, pontificis.
Apl⁹ enim ad Hæbraeos, me mirū in modū decepit. cum vniuers
sis ecclesie doctoribus docens, nō rho, pont. sed Christum solum
fuisse per summū & vnum pontificem significatum.

Solus Chris **V**T HOC omitam, quod illis omnia in figura contigisse sed
tus summus mus, & in nouo testamento figuram ille denuo reuocat, vt sit simi
pontifex sig lis figura vtriusq; testamenti, nisi iam vtrūq; ab vtroq; differēs.
nificatus. **V**ror ego, diuinas literas ab his porcis, tam impudenter conculca

Hic ne de ri præsertim, sub nomine rho. pontificis, & rho, ecclesie.
Ruffino diui **Q**UID autem hoc est? quod duos primos sacerdotes in veteri
nat⁹ ri testamento statuit, magno sui primatus detrimento: imitare qd

Similitudo licet falsa, p quomodo vnum primum probabis per duos primos? Vides ers
batur. go hos homines, eos fuisse, qui simplicitate fidei nostræ abusi, ausi
sunt statuere, quicquid vel somniare potuerunt.

IN FINE concludit, & eadē dexterritate rho, ecclesie cardinē

vocat, in quo omnes ecclesie reguntur, domino disponente & tãdem sit finis hinc. Nam ceteri canones, qui eadem spirant, horum nimium influxu infecti, sic spirant.

NON possum autem omittere, quin & decretalem, vel vnam adducam, vt appareat, quid proficit ecclesias regere, & scripturas sacras non intelligere. Sunt enim & decretales, quã plurimã frigidissimã, hæc maxime, quæ maxime sunt in vsu.

TRANSEO illam de constitutione .c. translatò, quã puto sic a me vni dicatã antea, vt necesse non sit repetere. Assumo onus illud .c. significasti de elect. vbi Archiepiscopus Panormitanus cũ rege & regno Siciliae iustissime mirati, quod palliũ accepturos exigere tur iuramentũ. & vbi pulchra modestia, contra hanc infelicitissimã exactiõem, adduceret præceptũ Christi & statuta conciliorũ, tale accepit responsonem & interpretationem scripturæ sanctæ a Paschale rho, pontifice, hoc est a Notarijs rhomanis.

MIRENTVR: inquit: dominũ nostrũ Iesum Christum, qui ei ouis suarũ curã Petro cõmitteret, conditionẽ apposuit, dicens. Si diligis me, pascue oues meas & **C**ADEO percussit papæ & rhomanæ Curie proceres vnus huius Episcopi interrogatiõne, vt quid respõderent, nõ inuenirent: donec spiritus domini eos huc rotaret, vbi oibus ostenderent, in lege domini nec voluntatẽ, nec meditationem eis fuisse. Agam interim partes Archiepiscopi.

Si exemplũ Christi placet & valet apud te, o Paschalis, cur nõ imitaris? Si non placet, cur adducis? cur tu quoc; non contentus quærere, an diligat Christũ, sine iuramẽto cõmittis oues Christi? Cũ placeat exemplũ, cur nõ sufficit & conditio? an melior & sanctior est conditio iuramenti, quã amoris? An plura speras eũ fasturum, qui coactus iurat, quã qui sponte amat? Christus soluit Petrũ a lege & coactione voti & iuramenti, solã libertatis & charitatis in eo quærit fidem. Et tu libertatem tollens, lege iuramenti cogis: vbi est exemplũ Christi? vbi conditionis similitudo? Est per verbum diligere, intelligendum iuramentum?

Nunquid Christus a Petro iuramentum exegit pro rho, ecclesiar? Quid hoc ad oues Christi, qd tibi iurat, & ecclesie tuæ? Tuæ sunt oues, an Christi? At tu optime pater, an Christũ diligat, prorsus nihil curas: sordet hæc tibi, vt vilissima cõditio: tibi vt fidelis sit, iuramẽto astringis. Adhuc stat interrogatio Archiepi, nõ satisficisti.

ADHVC quæratur, quo iure, hanc fidelitatem extorqueas. Tua responsio, profundius te mergit & capit. Deinde, cui quæso, tu iuras fidelitatem? Cur facis & imponis alteri onus, quod digito non vis mouere, contra, & legem naturæ?

DEINDE, adhuc quæstio etiã illa stat. Cur præcedentes pontifices non exegerunt iuramentum? Cur alij non præstiterũt? vnde noua ista exactio? vis dicam? Ex malè fidei possessa potestate: conscientia metuit, iusticia non suffragatur. Ideo quæratur vt cunctis solatiũ & firmamentum.

ITAQVE hodie pontificari nõ licet, nisi iures rho, pontifici si

Sunt & decretales aliq; frigidissimã;

In Actis.

Panormitanus.

Si diligis me, pascue oues meas.

Exemplum Christi probans, etiam imitetur.

Christus solam libertatis & charitatis fidẽ in Petro quærit.

Tuæ sunt oues an Christi? Cui tu iuras facultatẽ?

Hæc diligetis sine obserua

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS.

Nihil nostro
seculo cū con
ditiōib⁹ chri.

delitatem. Iurata autē fidelitate, mox dignus es pōtificari, siue dñi
gas, siue pascas. has enī conditiones Christus requirat, quod de ijs
nostro seculo ⁊ nec hoc curetur, an sanctus, doctusq; sit, an minus.
solum sit seruus rho, ecclesie. Nō licet Christo libertatis Magistro
seruire, nisi primum fias iuratum mancipium rho, curie.

Nullus est
rho. pon, nisi
diligat ⁊ pas
cat, ex senten
tia Pas.

Vide, vt vrs
geat.

Dolor, o
pietas.

Festucam fra
tri eruens, sus
as trabes ost
tendit.

Miseria eccle
siae.

Applicatio
similitudinīs.

Ironicos.

Christus, qui
animā p ovi
b⁹ posuit nō
exigit iura
mētum a Pe
tro.

SA TIS est ab exemplo Christi didicisse, quamlibet conditio
nem fratribus etiam iniquissimam, imponere pro libito. Ipsam ve
ro Christi conditionem, ne syllaba quidem meminisse.

SE D responde adhuc semel. Pascalis, tuo te iudicio pcto. Si
christus conditionē ibi posuit, vt dicit, iam tuo ore definimus, Nul
lū esse rho, pontificē, nisi diligat ac pascat: quia pactū ⁊ cōmissio
conditionalis, si conditio nō stet, non valet. Tuo ergo entymē
mate vtar. Archiepiscopus Pananormitanus sine conditione iura
menti praestiti in facto, nō est Episcopus. Ergo nec tu Papa, nisi in
facto primū praestes cōditionē amoris ⁊ pascuae. Quē si vera sit,
iam in sexcentis annis nō habuimus papam. Nullus enim docuit
nos verbū dei, nec sufficit, quod promittas te amaturum, quia tibi
non sufficit promissio iuraturi. Sed sicut tu a fratre exigis cōz
ditionē in facto, ita nos nomine Christi maiorem hanc conditionē
exigimus in facto, aut tua autoritate papam negamus.

Quid hic facies? vides ergo, quam impatiens sit scriptura
corruptionis, quam vanos ostendat eos qui se maculant. Noluit
Pascalis vincti interrogazione, nec male egisse videri, ⁊ igna
rus seipsum toto pontificatu indignum redarguit. dumq; festu
cam fratri eruit, trabes suas nobis ostēdit. ista est ergo pastura, qd
rho ma, omnia sibi inflectunt, omnibus omnia imponit, oibus se
subtrahunt, ⁊ quod atrocius est, non ad christum, sed ad seipos
nos cogunt. nō exigūt conditionē, qua chri libertatē pmitamus,
sed qua sibi seruitutē iuremus. Quae autē maior miseria ecclesie, quā
CITA QVE, vnusquisq; in sensu suo abundet, mihi decretorum auctores sunt, Grego. ix. Bonifacius. viij. Clemens quintus, & Extrauagantium pontifices. Quod his agentibus, in publicum sparsa, & præcepta sunt, & omnia stabilita. Quæ si instar epistolarum Gregorij, Augustini, Hieronymi, Bernhardi, et aliorum, vti Bibliothecis, vel arcibus, pro cuiusq; arbitrio consulenda, citra vllum præceptum, relicta fuissent, felicior esset ecclesia. Nunc vero, quando summis articulis fidei æquatur, ab adulatoribus autem & presertim fructum illarum habemus, ordinis ecclesiastici confusione, Conscientiarum horrendas carnificinas, euangelij ignorantiam, scelerum impunitissimam licentiam, adulatorum Rhomanensium, odiosissimam tyrannidem. donec id meruerint, vt sub vasto caelo, non sit nomen odiosus, & graueolentius, nomine Rho. Curia.

Decre. poti. summis artibus fidei æquata vel plata, ecclesie statum perdunt.

EX his credo intelligi, me non fuisse tam crassa ignorantia, vt nescire longe añ. cccc. annos decreta Rho, pontificis nata. Alios quin, quomodo certos. cccc. annos, & nõ plura aut minus potuissem recitare? quomodo iudicare, quod essent frigidissima? quod historias allegare? quomodo textum scripturæ contrarij asserere? nisi diligentissime oia peruidissem & contulissem? **E**x his in diuini volui nasuto lectori satisfactum, vt me non sine causa, sic posuisse cognosceret. nec ignorantia, sed de industria sic locutum fuisse. Simul, vt insidiosa & adulatoria propositioni Ecclesie, per oia par referre in,

Causa cur in cõdu. cccc. annos exposuerit

Ecclesia nõ tam impudens, vt publice mentitur.

Sophistarum genus Protea refert.

Qui cum astruxisset, ante tempora Syluestri Rho, ecclesiam fuisse alijs superiorẽ, & ego persuasissimum habere. Ecclesia non esse tam impudentem, vt publice mentiretur: nec tam ignarum historiarum, vt hæc vera crederet, insidias suspicatus sum, vt qui morem sophistarum & lubricitates istorum Proteorum probe callerem. Qui si volent, falsum facient verum, et verum mutant in falsum. cum intertin in alijs, cum loquendi rigorẽ exigant, vt nec verba dei tuta coram eis sint. Proinde, volui animosiores, ac ante diẽ triumphandum reddere, sicut ipse me formidandum nifus est facere.

Scripturæ auctoritas est a Martino.

CVM ergo mihi satis esse potuerit, quod scripturæ sanctæ auctoritas mecum est, qua probatur primatus ecclesiasticus, iure diuino nullus esse, tamen ne solus & solas scripturas iactare videar, iam & aliorum sententias audiamus cum rationibus.

D. Hierony.

PRIMVS est d. Hierony, in epistola ad Enagrium, sic scribens. Legimus in Isa. Fatuus fatua loquitur, audio quendam in tantam erupisse vecordiam, vt diacones presbyteris anteferat. Nã cum Apostolus stolidus perspicue doceat, eosdam esse presbyteros quos Episcopos, quid patiatur mensarum & viduarum minister, vt super eos tumidus se afferat, ad quorum præces corpus & sanguis Christi offeratur? Quæris auctoritatem? Audi testimonium, Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis, qui sunt Philippis cum Episcopis & diaconibus.

Paulus & Timotheus serui Christi.

Aliud exem.

VIS & aliud exemplum? In Actibus Apostolorum, ad vnus ecclesie sacerdotes, ita Paulus loquitur. Attendite vobis & vnus uerso gregi, in quo spiritus sanctus posuit episcopos, et regatis eos

RESOLVTIO. FO. XXIII.

clesiam dei, quam acquisiuit sanguine. **¶** Ac ne quos contentiose in vna ecclesia plures fuisse eps contendat, audiat aliud testimoniu[m] in q[uo] manifestissime probat, eundem esse episcopu[m] atq[ue] presbyteru[m]. **¶** Idem ep[iscopu]s qui presbyter.

PROPTER hoc reliquit te Cretae, vt quae deerant, corrigeres, & constitueres Ep[iscop]os per ciuitates, sicut tibi mandauit, si quis est sine crimine, vnus vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuria, aut no[n] subditos. oportet eni[m] Ep[iscop]u[m] sine crimine esse, sicut dei dispensatorem. **¶** Et ad Timo, Noli negligere gratiam presb[iter]i. **¶** Petrus symonius

byterij. **¶** Sed & Petrus in epla prima, presbyteros qui in vobis mistes, co[n]siliae qua[e] data est tibi per prophetia[m], & per impositione[m] manuu[m] presb[iter]i. **¶** Oportet ep[iscop]u[m] sine crimine esse. **¶** Petrus symonius

sunt, precor ego co[n]presbyter & testis passionu[m] Christi, & futurae cerdos. **¶** Quae reuelanda est gloriae particeps, regite gregem Christi, & inspicite no[n] ex necessitate, sed voluntarie iuxta deu[m]. quod quidem graece significantius dicitur, EPISKOPOVNTE[S], vnde et nomen Ep[iscop]i tractu[m] est. Parua tibi vident tantoru[m] testimonia videntur. **¶** Ioannes presbyter.

¶ Clangat tuba euangelica filius tonitru[i], quae Iesus plurimu[m] amauit, qui de pectore saluatoris, doctrinae fluentia potauit. **¶** Cur vnus presbyter electae dominae & filij eius, quos ego diligo in veritate. Et alia epistola, Presbyter Gaio charissimo quae ego in veritate feci.

¶ QVOD aut[em] postea vnus electus est, qui caeteris preponeretur, in remediu[m] schismatis factum est, ne vnusquisq[ue] ad se trahens, ecclesiam Christi rumperet. Nam & Alexandria a Martyre euangelista, vsq[ue] ad Esdram & Dionysium Ep[iscop]os, presbyteri semper ex se vnus elegabant, et in excelsiore gradu collocabant, quem Ep[iscop]u[m] nominabant. Quo modo si exercit[us] sibi imperatore[m] faciat. Diaconi aut[em] eligant de se quae industriu[m] nouerint, & archidiaconu[m] nuncupent. **¶** Quid eni[m] facit, excepta ordinatione Ep[iscop]i, quod presbyter non facit? **¶** NEC altera Rhomanae vrbis ecclesia, altera totius orbis aestimanda est. Et Galliae et Britanniae, nam & Africa & Persis & oriens & India, & omnes Barbarae nationes vnus Christu[m] adorant, vna obseruant regulam veritatis. Si aut[em] autoritas quaerit, Orbis maior est vrbe, vicin[us] Ep[iscop]us, siue Rhome, siue Engubij, siue Constantinopoli, siue Rhegiij, siue Alexandriae, siue Thanis, eiusdem meriti est, & eiusdem sacerdotij. potentia diuinarum, & humilitas paupertatis, vel sublimiorem, vel inferiorem facit. caeterum omnes Apostolorum successores sunt. Haec d. Hieronymus.

¶ Non est alia vrbis, alia orbis ecclesia. **¶** Potentia vel humilitas sacerdotu[m] sublimiore[m] vel inferiorem facit.

¶ Nihil de mutatione temporu[m] loquor nihil de iure positiuo. hoc contendo. Si vnus Ep[iscop]us iure diuino caeteris praefertur, manifeste hic Hieronymus haeresim docet, no[n] solum ipse (nam ei non crederem) Sed Petrus, Paulus, Ioannes, Lucas, quos inducit irrefragabiles auctores. **¶** Quis q[ui]s his resistet? Cur adulator negat Rho, pontifice caeteris esse coepiscopum, cu[m] primus Petrus se co[n]presbyteru[m] appellet? Si successores sint Petri, quid erubescunt titulu[m] sui predecessoris? Si nomen superbissimo, sanctissimi, summi, maximi pontificis haereditant ex recentibus? Cur non nomen co[n]presbyteri & coep[iscop]i a primo? **¶** Obsecro, an Petrus, Paulus

¶ Nu[m]quid adulator vel caecus, vera nescit, Quae sunt tam sanctis verba probata vris.

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS.

Luthe, hæreticū faciētes, saltē b. Hieronymo, & alijs sanctis vris: q̄s aucto. habet: parcant, qui oēs sacerdotes iure diuino æq̄les, quib⁹ vero, vel amplis vel tenuibus in æquales asserunt.

Frigidissimis decretis primat⁹ asseritur, feruētissimis dei verbis negatur.

Idem presbyter, q̄ et ep̄s. **R**uffine adhuc inuides, Hierony?

Presbyter ætatis, ep̄us officij nomen est.

Ep̄i magis cōsuetudine, q̄ dispensatōis diuine veritate presbyteri sunt maiores auctore Hieronymo quod longe verissimū est.

Sententia.

Paulus, Ioannes, Lucas & oēs apli ignorauerūt, qd̄ verbū Christi tibi sibi voluerit, Tu es Petrus, & tibi dabo clauēs, &, pascē oues meas? qd̄ nō exinde Petro primatū diuinit⁹ datū obseruauerunt? Si me oīno hereticū clamant, qui oīa quæ volunt, tribuo Rho, pōtiffici, solū, ne auctoritate scripturæ, id est, mendaciter facere cogat, parcant sancto Hieronymo, tantis auctoribus munito, p̄clamat illi lōge impudentius, Ep̄os, potentia diuinitarū, & humilitate pauperatis inuicē eē, vel sublimiores, vel inferiores. Ego p̄sensu fides seditiosū, bis septies cōburūt hæreticæ prauitatis prauissimi inquisitores? Sinant me cū Hieronymo interim sapere. Sinant cū Paullo, Petro, Ioāne, Luca sentire. Si hoc nō est satis, Age cōburāt sua decreta primū. Nā hæc ep̄istola recitat in decretis. dis. xcij. c. legis m⁹, legis, audist, docet, approbat hæc ab vniuersis in ecclesia rhot mana. **C**ur ego vnus phibeor dicere & sentire, quod ipsimet oēs dicūt, sentiūt, iubētq̄ sentire? Hieronym⁹ nō mō Ep̄os æquat in se, sed & presbyteros Ep̄is p̄parat, alterū etat, alterū officij nomē eē. p̄nūciās. Ego lōge reuerētius locutos, nihil peto, nisi, vt cōtra hæc veritatē, nō cogar scripturas & verbū dei illudere. Sit rho, pōtiffex, quicquid voluerint, Mō auctoritate scripturæ, id nō astruat, sed & scripturas eorū sensui aptari parat, Mō, ne hunc esse germanū & solū sensū contendat. Sat ergo est, qd̄ frigidissimis decretis primatus asseritur, qui feruentissimis dei verbis negatur. Sed aucto diamus iterum eundem, in cōmentario super ep̄istolam ad Titū.

C. D. Hierony. in commenta, ep̄isto, ad Titum.

Idem est ergo presbyter qui ep̄iscopus, & anteq̄ diaboli insinatu, studia in religioe fierēt, & diceret in populis, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego aut Cephe, cōmuni presbyteros p̄silio eccl̄iæ gubernabāt. postquā vero vnusquisq̄ eos quos baptisarat, suos esse putabat, nō Christi, in toto orbe decretū est, vt vnus de presbyteris electus superponeret, ad quē oīs eccl̄iæ cura pertineret, et schismatū semina tollerent. purat aliquis, nō scripturā, sed nostram esse sententiā. Ep̄m & presbyterū vnū eē, & aliud ætatis, et aliud esse nomē officij, relegat apli ad Philippenses verba, & cetera quæ supra i ep̄istola ad Enagritū induxit, Et i fine. Sicut ergo presbyteri sciūt se ex eccl̄iæ cōsuetudine, ei qui sibi p̄positus fuerit, eē subiectos, Ita Ep̄i nouerint se maḡ cōsuetudine, quā dispensatōis diuine veritate, p̄sbyteris eē maiores, & in cōi debere eccl̄iā regere.

VIDE ergo, an propositio mea male vel bene dixerit, esse contra scripturā textū, rho, eccl̄iā esse alijs superiorē, cū etiā sit contra ipsa decreta. Nā & hæc b. Hiero. verba recitant dis. xc. c. olt. atq̄ si non tibi approbarent, tamen quia solidis pugnant diuine scripturæ armis, etiā si totus mundus & angelus de celo contra dixerint, nihil dixerint. Atq̄ ita satis puto et p̄batā nostram propositiōnē, & dissoluta omnia argumenta, quæ vel singi contraria possunt, **S**TAT sententiā non dispensationis diuine veritate, sed eccl̄iæ cōsuetudine Ep̄iscopos esse maiores presbyteris.

RESOLVTIO. FO. XXIII.

CADDO tertium decretum eadem dist. xcv. c. Episcopus. Episcopus in quo libet loco sedens, stare presbyterum non patiat. Et iterum alio. c. episcopus. Episcopus in consensu presbyterorum sublimior sedeat, intra domum vero, collegam presbyterorum se esse cognoscat. Hac ibidem esse decreta concilii Carthaginensis. quarti dicunt. Quae certe haeretica sunt, scandalosa & seditiosa (vt vocant) si Episcopi iure diuino presbyterum sublimiores sunt, quos esse collegas episcoporum statuunt: multo magis, si vnus Episcopus caeteris sublimior est. Deleant ergo primum sua decreta, quae nos cogunt discere, vt quid damnat in nobis, quod ipsi nos docent: pater itaque, re ipsa aequales Episcopos inter se et presbyteros, solo vsu, & ecclesiae causa, alium alij praeferebant. Ex quo vltius sequitur. Si primatus, pontificis vergere incipiat in ecclesiae detrimentum, oino tollendus est de ecclesia. quia humana iura & consuetudines, pro ecclesia seruire debent, non contra ecclesiam militare. Quod, si non fiat, iam coram deo, traditio hominum irrita facit mandata dei. Quare vide, quam tenui pendeat filo, Rhomanorum adulatorum tyrannis: quae seipsam autoritate diuina conata stabilire, seipsam penitus ea ratione subuertit.

Huc & Cyprianum voco, quem & b. Aug. allegat li. ij. c. ij. de baptismo dicens. Neque enim quisquam nostrum, Episcopum se esse episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitate collegas suos adiigit. Quam habet omnis Episcopus pro licentia libertatis & potestatis suae arbitrium proprium, tanquam ab alio iudicari non possit, quod nec ipse potest alterum iudicare, sed expectemus vniuersi iudicium domini nostri Iesu Christi. Hic gloriosus martyr, palam confitetur tyrannidem esse, ab vno episcopo alios cogi ad obedientiam. At hanc tyrannidem, velut iusticiam, penes omnes decretalium syllabarum, & statuunt et seruant tanquam diuinam autoritate. Deinde mirum est, quod b. Aug. non redarguit Cyprianum a se allegatum, si sensit eum contra ius diuinum loqui, sed potius eum eo sentit, omnes scilicet esse Episcopos aequales.

Vide sanctissima decreta.

Episcopi & presbyteri reuera sunt aequales, solo vsu & ecclesiae causa, alij alijs superioriores.

Si primatus, potestatis, contra ecclesiam militat, oino tollendus est.

Russine, vt de te tibi non conueniat etiam cum Cypriano

Episcopi aequales

Plebs obsequens dominicis praecipitis & deum timens, a peccatore praeposito separare se debet, quando ipsa maxime habeat potestatem, vel eligendi dignos sacerdotes, vnde indignos reijciendi.

Coram omni synagoga, deus iubet sacer

SED VIDEAMVS ET ALIA.

IDEM Cyprianus lib. epistolarum primo, epistola quarta, ad Felixem presbyterum, probaturus diuinis testimonijs, quod in potestate non Episcoporum, sed plebis maxime sit eligere aut recusare deum, dicit, Propter quod plebs obsequens dominicis praecipitis, et legi sacerdotis sacrificia miscere. quam maxime habeat potestatem, vel eligendi dignos sacerdotes, vel indignos recusandi. Quod & ipsum videmus de diuina autoritate descendere, vt sacerdos plebe praedicio, sub oim oculis deligatur, & dignus atque idoneus, publico iudicio ac testimonio comprobetur, sicut in numeris Mosi praecipit dominus dicens, Prehende Aaron fratrem tuum & Eleazarum filium eius, & impone eos in mentem coram omni Synagoga, & exue Aaron stola eius, & indue Eleazarum filium eius, & Aaron appositus moratur illi. Coram omni Synagoga iubet deus constitui sacerdotem, id est instruit & ostendit ordinationes sacerdotales, non nisi sub praesentia & conscientia fieri oportere, vt plebe praesente, vel detegant

dotē cōstitui.

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS.

Obserua ritū
eligendi Ep̄i

malorum crimina, vel malorū merita prædicentur. & sit ordinatio iusta & legitima, quæ omnium suffragio & iudicio fuerit examinata, quod postea secundū diuina magisteria obseruatur in Actibus Petrus ad plebem loquitur. Surrexit, inquit, Petrus in medio discipulorum, fuit autē turba in vno. Nec hoc in Episcoporum tantū & sacerdotū, sed in diaconarū ordinatiōe obseruasse Apostolus animaduertimus. de quo & ipso in Actibus apostolorū scriptū est, Et cōuocauerunt inquit illi duodecim, totā plebem discipulorū, et dixerunt eis. Quod utiq; iccirco, tam diligenter & caute conuocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet.

Ep̄us rite eligitur apud eos. q̄b; præficit.

PROPTER quod diligenter de diuina traditione, & apostolica obseruatiōe seruandū est & tenendū, quod apud nos quocūq; & fere prouintias vniuersas tenetur, vt ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem, cui prepositus ordinat, Episcopi euigilante prouintia propinqui quicūq; conueniant, & Episcopus deligatur plebe presente. quæ singulorū vtrā plenissime nouit. Quid et apud vos factū videmus, in Sabini nostri collegæ ordinatione, vt de vniuersa fraternitate suffragio, et de Episcopoz qui præsentia conuenerant, qui de eo ad vos literas fecerant, iudicio, episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur.

Suffragio populi, & iudicio propinquo rite episcopoz episcopus eligebatur.

HUNC ritū & per multas alias ep̄as idē Cyprianus cōmemorat, semper suffragiū populi, & iudiciū propinquo Ep̄orū ita allegans, vt hanc ex deo ordinationem esse cum fiducia pronunciet.

QUI ritus, quid sit ad eū q̄ hodie ex vrbe petiit, in quo non modo exclusus est populus, sed nec sacerdotū electio satis est, alijs relictis quo. Nec referre est necesse, quanto felicitus hodie is ritus diuinus seruetur, præsertim, tot sacerdotibus malis regnantibus, & inuito p̄p̄o ip̄sitis. Nam videmus per Rho, curiā, per gratias suas expectatiuas, passim in mundū etiā intrudi sacerdotes, trāseāt hac Hoc quæror, q̄d hunc ritū sacratissimū & vetustū, iuricūq; diuino per oīa conformē, hi nostri hæreticū & damnatū haberi volunt, præ ritu suo recentiore, cū certū oibus sit S. Nicolai. S. Martinū, S. Augustinū, S. Ambrosiū, omnesq; priscos patres, eo modo fuisse ordinatos. Sit itaq; ritus hodiernus, qualis esse potest, modo Rho, ponti, non iure diuino id posse putemus, ne tot seculorum sanctos & martyres, contra ius diuinum egisse, damnemus.

Cura totius ecclesie et principatū Petro committitur, et tū vltis ep̄us nō vocatur.

GREGORIVS prim⁹ li. iiii. regitro ep̄la xxxij. licet p̄ autoritates illas, pasce oues meas, & tu es Petr⁹ &c. Petro ap̄forū principi totius ecclesie curā a dño commissam dicat, tamen in hac cura nullū ep̄m ei successorē patit. Sed nec Petr⁹ ap̄m vsem appellari dicit, scribens ita Mauritio Augusto de Ioanne Constantinopolitano. cura totius ecclesie et principatū Petro committit, & tū vniuersalis ap̄lus nō vocat. Et vir sanctissim⁹ consacerdos meus, vocari vltis Ep̄us conat. Exclamare cōpellor, o tpa, o mores. Et ista, si hominē illud in ecclesia sibi quisq; arripit, vniuersa ergo ecclesia (q̄d absit) a statu

no curruerit, quando is qui appellatur vniuersalis, cadit. Sed abs-
 sit a cordibus christiano- rum nomen istud blasphemiae, in quo om-
 niu sacerdotu honor adimitor, dum ab vno sibi demeter arrogat.

Ecce habes, quod blasphemiae nomen sit, vniuersalis Episcopus.
 Quid putas de nomine Summi, maximi, sanctissimi, dixisset?

Sequitur, certo pro beati Petri apostolorum principis honore,
 per venerandam Chalcedonensem synodu, rhomano pontifici
 oblatu est, sed nullius eoru vnqua hoc singularitatis vocabulum
 assumpsit, nec vti consenti. ne, dum priuatu aliquid daretur vni,
 honore debito priuarentur sacerdotes vniuersi.

Perspicu est hunc Grego, qui se cunctoru sacerdotu seru u po-
 nus qua domini vocat, & seru u seruoru dei, non credidisse, solu
 rho, pontifice Petri successor esse, vt qui abhorreat princeps sa-
 cerdotu & Episcoporu dici, cum illum principem apoloru dicat.

Idem in sequenti epistola ad Constantia, eundem Ioanne Lucifero co-
 parat, d. quia illum videlicet imitat, qui spretis sociali gaudio an-
 geloru legionibus, ad culmen conatus est singularitatis eruere.

Idem epistola, xxxvi. ad Eulogiu Alexandrinum & Anastasiu
 Antiochenu Episcopos, Sicut nouit veneranda sanctitas vestra,
 per sanctam Chalcedonensem Synodu, pontifici sedis aplice (cui
 deo disponente deferuo) hoc vniuersitatis nome oblatu est. Sed
 nullus vnqua praedecessoru meoru, hoc tam prophano vocabulo
 vti consenti, quia videlicet, si vnus patriarcha vniuersalis dicitur
 patriarcharu nomen caeteris derogatur. Sed absit hoc a christiana
 mente, id sibi velle quempiam arripere, vnde fratru suoru hono-
 rem imminuere ex quantulacunq; parte videatur. Sed nonne, si
 ius diuinum est primatus papae, tam ipsi pontifices rho, haeretici
 fuerunt. qua concilium: illi, quod ius diuinu no assumpsert, sed
 conculcauerunt. Hoc, quod obrulit, quae non erant sui iuris offerre

Et infra de eode, Vniuersa tentat sibi adscribere, & oia membra
 quae soli vni capiti coherent (videlicet Christo) per elatione po-
 patici sermonis, eiusdem Christi sibi studet subiugare. Obsecro,
 quid mereret, qui hodie sic loqueretur? hic Grego. rho, pontifex
 persequit tanqua prophanu, quod nri statuut, quasi sit ius diuinu
 & Et epistola xxxviii. ad ipsumet Ioanne Episcopo praedicta iterans, &
 copiosius explicans d. Certe Paulus aplos cu audiret quosdam
 dicere, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego vero Cephe, hanc dilas-
 ceratione corpis dominici, per qua membra eius alijs se capitibus
 quodammodo sociabant, vehementissime perhorrescens exclamauit
 & dixit. Nuq; Paul? pro vobis crucifixus est? aut in Pauli noie
 baptisati estis? Si ergo ille membra dñici corpis certis extra Chri-
 sti, quasi capitibus, & ipsis qd aplos subijci pticulariter euitauit
 iudicij es diciturus examine, qui cuncta ei? membra tibi met conas
 ris, vniuersalis appellatione, supponere? At, nonne & hoc sum-
 mo impetu faciunt & conantur, o Gregori, tui successores?

Et infra, certe Petrus aplos primu membru sanctae & vniuers

Vlts Epus nomen blasphemiae.

Hae oia, pcedentia & sequentia cum alijs s. patru dictis, decrectis, & concis lijs, adulatores isti Rho, pont, expugnent, deinde Lutheru caupiant.

Heus Ruffi ne, qs tibi videt s. Greg? Non est ergo iuris diuini smat? Rho, pon.

Audi, vide. Gregorius, rho, po, persequitur tanq; pphanu, qd hodie, iure diuino statuere conantur.

Ruffine, ad huc no respicis, adhuc in iudicio egerit?

DECIMAETERTIAE CONCLUSIIONIS.

Petrus est primū membrum vlls ecclesie. **S**alis ecclesie est, Paulus, Andreas, Ioannes, qd aliud quā singulārū sunt plebiū capita, & tamē sub vno capite oēs sunt membra ecclesie. Sed hæc satis. **A**udiamus iam ipsum caput oim, Quid sup huius Monarchiæ statu diffinierit. Nam hic prescius futuroꝝ. questionē hanc primus omnium, & dedita opa dissoluit, & tot adhuc seculis super ea certat, quasi verba Christi fumus sint, & inanis fabula.

Christi verus his idē pbat, Sed Ruffino nec christus satisfacit. **D**icit itaq; Luca. xxij. Facta est autē cōtentio, quis eorum videret esse maior, dixit autē eis. Reges gentium dñant eorū, & qui ptatē hnt super eos, benefici vocāt. Vos autē sic, Sed qui maior ē vestrū, fiat sicut minor. Et q præcessor ē, sicut ministrator. **E**t ex emplū suū subiungit. Nā qs maior ē, qui recūbit, an qui ministrat.

Reges gentiū suis dominēt. **P**ōtiffices nō sic, sed Christi exēplo suis inferuiant, licet Ruffino rū sex aliud contra deum instillet. **N**ōne q recūbit? Ego autē in medio vestrū sum, sicut q ministrat. **V**ides, qd Christ⁹ aperte pnūciat esse reges gentiū, nō pōtiffices, qui volūt eē maiores. Et ptatē illā mundanā (id est sine verbo & dilectiōe) pror⁹ dānat. **V**erū, ego credo, qnq de ecclesiam necesse sit i semp a gentib⁹ opprimi, vt Ezech. iij. d. In medio gentiū positi eā. Et ps. cix. Dñare in medio inimicorū tuorū. Ideo qn desit gētes aliæ, vt scriptura impleat, in ecclesia Reges gētes fieri oportuisse, & ptatē dñante sup eccliam tyrānifare, diligēdi & docēdi officio, ad alios trās lato. **I**tē Marci. x. Vbi filij Zebedei ad ptatē aspirarūt, vt vn⁹ ad dexterā & alius ad sinistrā sederet, accepterit salne respōsum dignū, scilicet, vt calicē biberet, nec tū certi vbi sessuri eēt. Hāc ambitiōis infirmitatē, qd marty est in pōtifficib⁹ quoq; Rho, fuisse quātūlibet sanctis, etiā martyrūbus, qn in apls eam Christ⁹ ptulit? Deniq; cū illi duo apli hac arrogantiā ceteris indignationē cōmouissent, & iterum oriretur cōtentio de maioritate.

Iesus cōuocās eos, dixit eis. Scitis, qā ij. q vident gētib⁹ principiū pari, dñant eis, & principes eorū hnt ptatē eorū. Nō autē ita est in vobis, sed qcūq; voluerit fieri maior, erit vester minister. Et quis cūq; voluerit in vobis primus eē, erit oim seruus. **I**terū exēplū sui addit. Nā & fili⁹ hois nō venit, vt ministraret ei, sed vt ministraret, & animā suā daret redēptionē p multis. Quis autē nō vis ptatē solam? Quia Christum ministratorem arduum est imitari.

Dispeream Ruffine, nisi tibi hic oculi doleant, aures tinniant, & cur ex inuidiæ confectia tremiscat. **M**te eiusdē. ix. Et venerūt Capernaū, qui cū domi essent interrogabat eos, Quid in via tractabatis? At illi tacebant. **S**iqdē in via in se disputauerāt, qs eorū maior esset. Et residēs vocauit duodecim, & ait illis. Si quis vult prim⁹ esse, erit oim nouissim⁹, et oim minister. Et accipiens puerū, statuit eū in medio eorū, quē cū cōplexus eēt, ait illis, Quisq; vnū receperit in noīe meo, me recipit. **E**adē Lucas. ix. Intrauit autē cogitatio in eos, qs eorū maior eēt. **A**t Iesus, videns cogitationes cordis illorū, apprehēdit puerū, et statuit illū secus se, & ait illis Quicūq; susceperit puerū istū in noīe meo, me recipit. Et quicūq; me receperit, recipit eū, qui me misit. Nam qui minor est inter vos oēs, hic maior est. **I**tē Maerh. xvij. in illa hora accesserūt ad Iesum discipuli dicētes, Quis putas maior est in regno celorum? Et aduocans Iesus parvulū, statuit

Volens esse primus, erit omnium nouissimus. **Q**ui minor est inter vos oēs hic maior est.

um in medio eorum, & dixit. Quicumq; humiliauerit se sicut paru-
ulus iste, hic maior est in regno celorum.

¶ VNDC vide, quantis verbis, quot exemplis, quanta diligens **Nō dñatio,**
ta Christus preuenerit & prohibuerit ambitionē illam, quā tan- **sed ministratio**
to tumore iactant decreta & decretales. ac ita repetūt & inculcāt, **imponitur**
ac si hoc sit pascere populū Christi, quod est potestatem iactare & **Ep̄is, etiam**
ambire. Nō ergo potestas, sed seruit⁹ imponitur Episcopis. Quis **si Ruffin⁹ cū**
autem non libens patietur eos seruire, si vellent. **decretis et de**

¶ VNDE meo iudicio, sicut apli vsq; ad finē vite Chrī, cōtēderūt. **decretalib⁹ q**
nec tor ex aplis & verbis Chrī, ab hūana ista affectiōe tēperarūt. **busdā, frigo**
& tñ nullū pmisit obtinere primatū, donec oēs dispersi eū relinq; **re horrentib⁹**
ret. Ita in ecclia tot tā seculis cōtēdit de primatu prohibito, nec aus **potestatis iac**
ditur Chrīst⁹ interim tot vocib⁹ resistēs, nec vlli obtinere pmittēs, **tet ac iculcet.**

¶ Nā apli pmū, hęc pulchre seruabāt, qñ Iacobū minorē ep̄m Hie **Apli Iacobū**
rosolyinis cōstituerūt: et Petr⁹, Iacob⁹ ac Ioānes a se, suos pmat⁹ **minorē ep̄m**
dicunt Chrīst⁹ inter im tot vocib⁹ resistēs, nec vlli obtinere pmittēs, **Hierosol⁹ cōs**
donec forte et ipsi, adueniēte Antichrō, dispergant, et Chrīm negēt **stituerunt.**

¶ Nā apli pmū, hęc pulchre seruabāt, qñ Iacobū minorē ep̄m Hie **stituerunt.**
rosolyinis cōstituerūt: et Petr⁹, Iacob⁹ ac Ioānes a se, suos pmat⁹ **stituerunt.**
dicunt Chrīst⁹ inter im tot vocib⁹ resistēs, nec vlli obtinere pmittēs, **stituerunt.**
donec forte et ipsi, adueniēte Antichrō, dispergant, et Chrīm negēt **stituerunt.**

¶ PRIMA, est ipsa Actūū aplorū, vbi Petr⁹ æqualis scribitur cē **Probat idem**
teris aplis, deniq; sui sermonis. c. xv. cōfirmationē a Iacobo accep **historijs &**
pit. Deinde, nullū aplorū ipse ordinauit, nec vllus sub ipso fuit, **rationib⁹, p̄r**
Quō ergo successor Petri, oim aplorū successores sub se habere po **ma. Heus tu**
test⁹. Quid q̄so ad hęc dici ab vllō pōt⁹. **¶ Itē** Matthiā nec ip̄e, nec **Ruffine, vt**
oēs simul ausi sunt in aplm ordinare, sed ex deo postularūt tm̄, qd **hęc te habēt**
est euidentissimū argumentū, nullū aplorū alteri fuisse prælaturū, **hęc te habēt**

¶ SECUNDA, Gala. ij. Anthiochiæ Petrus a Paulo reprehē **Secunda**
debat. in quo patet, rho, pōtiffcē subesse cuiuslibet melius sentienti. **Secunda**
Nec ideo verū esse, aut bonū, qa ipse sic dicit aut facit, sed rationē **Secunda**
reddere, tenē imo nō semp pōt reddere, sed cū Petro aliqñ errat. **Secunda**

¶ TERTIA, ecclesiastica histo. li. v. Victor prim⁹ rho, pō, Aste **Tertia.**
Epos voluit excommunicare: redargutus aut est non a Paulo, sed **Tertia.**
& iustus pacē habere, & eccliam nō cōturbare, quib⁹ sicut deuit, **Tertia.**
cessit. Itē ibidē. Anice⁹ quoq; cessit Polycarpo Smyrneo ep̄o, nec **Tertia.**
eū cogere potuit, in sua decreta. Itē hist. tripar. li. iij. Iulij⁹ pm⁹ cog **Tertia.**
inaniter egit, quia nisi illi hoc curarūt, et accuratissime ei rescripserūt. **Tertia.**

¶ QUARTA, Rhomanū pontiffcē esse oibus superiore hūano **Quarta**
decreto sanctū est, nepe Constantini quarti Græcorū imperatoris **Quarta**
q̄s, vt scribit Platina in Bñdictio. ij. nec sic tm̄ obseruatū Ep̄is alijs, **Quarta**

DECIMAETERTIAE CONCLVSIONIS,

Quinta

Quinta, Nunquid Cyprianū & Aug. alioſq; Africae epiſcopos confirmauit papa, qui tñ de latina eccleſia erant? Nunquid eorū concilia impediuit? aut conciliabula fuerunt, qui ſine rho, ponti, autoritate geſta ſunt, vt in eorum libris clare habetur?

Sexta

Sexta, qñ Alexandrinū, Antiochenū, Hieroſolymitanū, & alios Aegypti, Arabia, Syria, Aſia, totiuſq; orientis Epiſcopos inſtituit? Hi omnes ergo haeretici fuerunt? & abſit.

Septima

Septima, ne hodie ſub rho, pōtifice ſunt, qui in Perſide, India, ſicut in veſtī regnū Chriſti in Rhomā coactū cuius ſunt omnes fines terra. p̄s & palatiorū n̄. & .xxi. An nō ſūt Ep̄i, q̄a nō induūt veſtes, nō habet palatia eq̄s, aliaſq; pōpas rhomanas? Sufficit qd̄ ȳbū dei docēt, qd̄ dili gūt ac palcūt. quia ſic, nec ap̄os cōſiteberis Ep̄os fuiſſe, ſi faciē rerū, nō res ipſas contemplari cōperis. Immo, eo meliores Ep̄i, quo a laruis faciēū remotiores, & eo minus Ep̄i, quo propiores.

Octaua

Octaua, ſcribit Hiero, de illuſt. viris, quod Achac⁹ Ep̄us Cefariēn ep̄iſcopiſarīēn. diſcipulus Eufebij Pamphili, Imperante Conſtantino, Liberium papam depoſuerit, & Felicē conſtituerit. Item Iohannē Ep̄iſcopiſphanus Cypri minor Ep̄iſcopus Iohanne Hieroſolymitano Ep̄i ſcopo, eundē excoſmunicauit, et penitēt cōmunicafie cū illo, vt d. Hierony, ſcribit cōtra eundē. Et ſi h̄iſtorias cōſyderes, quomodo nunc imperatores papā, nunc cōtra, papā imperatores, Itē papa Ep̄iſcopos & ep̄iſcopi papā mutarint: ſtatuert depoſuerint: credas te Iliada quādā videre. nec mirū: quia Chriſtum non audiet. ſunt ambitiones prohibētē: ideo toties collidūt & turbantur.

Nona

Si Ep̄i ſūt eccleſia: oīa etiā decreta: oēs doctores tenent: eſſe videlicet ep̄os ap̄ſorum ſue ap̄ſorū ſucceſſores: vt diſ. xxi. in nouo. **S**i eſt falſa: quid iactatur ceſſores, cur tāta autoritate? Si vera: Quō ſol⁹ rho: pontifex eſt ſucceſſor vni⁹ vnus rho, p. apoſtoli petri: & ceteri oēs rho: pontificis ſunt ſubditi? Cur non ſucceſſor eſt & alij ap̄li habēt ſucceſſores: nū fuerūt ceteri ap̄li ſucceſſores vni apoſto: us petri? cur ceteris ap̄lis aufertur ſua gloria, & tribuitur ſoli petri Petri, cetero: tro: Cur nō quilibet Ep̄i h̄nt, qd̄ ap̄li eorū habuerūt, cū Rho, haberi omnes obſeruat, quod petrus ſuos predeceſſor. habuit? Muta ergo verbum, & noxij rho, pō dic, quōd Ep̄iſcopi ſunt apoſtolorum ſucceſſores, ſed vnus ep̄iſcopiſtici, & non Rho, eſt vnus ap̄li ſucceſſor. Iſta ratio fateor, niſi ego ſum inſenſa aliorū ap̄ſo: tior trūco, cogit. & oim obſtruit os, Eſſe Ep̄s oēs equales. et ſicut rū quoq; alij rho, pōtifex a nemine ordinat. Ita quilibet p̄ ſolā electionē, ſicut ſunt ſucceſſo: ipe ordinari debet, iure diuino. Stat enī firma ſentētia, Nullū ap̄ſo rū a petro miſſū eē, ſed oēs eadē a Chriſto dño, & equalia accepſiſſe in ſuas ſortes. ergo eorū ep̄i ſucceſſores, & equalia habent cum rho, pōtifice, excepta prerogatiua honoris ſeu dignitatē, ſicut Paul⁹ ad Corin̄thios clare ſcribit. Quid enī minus feci a magnis Apoſtolis?

Decima

Decima, Reſponde, Si rho, pōtifex p̄cepto dei eſt vicarius generalis in tota eccleſia, ſequitur inuitabiliter peccare eos, imo eſſe

hæreticos, qui nō sub eo fuerūt. ¶ At tunc ecclia tota primitiua, saluē vsq; ad. cccc. annos cū tot martiribus et sanctis, hæretici erunt. Obsecro, quid pdest tantā blasphemā in ecclia p sumidā ptatē pompa statuerē? deniq; etiā sanctus Petrus erit hæretic⁹, qui an rho, eccliam cū aplis fuit Hyerosolymis Vincit me hæc rō iuicta

¶ **Vndecima.** Si vlla ecclia est prima, & mater omnū, non est alia, nisi Hierosolymitana, vt dixi supra. Quid enim faceret Rho, si haberet hæc pro se, quæ habet illa? Nēpe. quod Isa. & Miche. & oēs prophete pronunciarint, de Zion exiturā legē euāgelij, & de Hierusalē verbū dñi. ¶ Item quod dñs ibi dedit gloriā i domo sua nouissima, vt Hageus dicit. Quod Christus ibi pōtifex, apli autē velut presbyteri, quod Christus ibi oblat⁹, spiritū san cū m sit. Et breuiter, hinc in omnē terrā exiuit verbū dei, hinc oēs ecclie. Nec est vllius tam impudens frons, qui possit negare hanc esse v re matrē eccliarū omnū, fontē, radicē, ac matrīcē, etiā rho, ecclie.

¶ **Vnde li. ix. tripart. c. xiiij.** Epī concilio Constantinop. cōgregati significant Damaso epō rhomano inter cetera quæ ordinarunt in hunc modū. In matre cunctarū eccliarū Hierosolymis constituta, reuerendissimū et deo amabilē Cyrillum Epīm eē significam⁹, quē regulariter olim a prouincialibus ordinar⁹ & c. Hic daret matrē oīm eccliarū tūc habitā Hierosolymitanā, & cōciliū fuisse citra pōti. rho, autoritatē habitū, quod esset hæreticū, si iure diuino niteret rho, epī ptas. ¶ Si ergo hæc nō habet primatū, immo vix quintū ei dederunt, quanto minus Rhomana habet, quæ est eius discipula? Dicat aduersus hæc aliquid qui potest.

¶ **Duodecima.** conciliū Nicenum, vt scribitur li. x. c. vi. hist. ecclie. statuit arti. vi. in hunc modū. Et apud Alexandriam, vel in vrbe Rho, vetusta consuetudo seruetur, vt vel ille Aegypti, vel hic suburbanarū eccliarū sollicitudinem gerat. Responde, hoc conciliū omnū fere facerrimū est. Et ecce, nō modo nō primatū & monarchiam Rhomano dat pontifici, sed ex vetusta consuetudine, non iure diuino, tribuit sollicitudinē Italicarū & suburbanarū eccliarū.

¶ Atq; hæc in propositione mea tetigi, quando dixi, quod contra fidei gdidissima decreta, staret decretū huius concilij.

¶ Si ergo sum hæreticus, Age, tollant primum hoc conciliū, cui me ipsa quoq; decreta, tanq; euangelio cogunt obedire. Non possum duobus dominis seruire contrarijs.

¶ **Decima tertia.** idē Nicenū conciliū, statuit nō a rho, episcopo, omnes epōs ordinari, sed a prouincialibus episcopis dicēs. Et vt, si forte in ordinando episcopo, duo vel tres, pro aliqua cōtentiōe dissentiat, reliquorū autoritas, & precipue Metropolitanī cū cæteris firmior habeatur. Obsecro, quid amplius facere debeo? Nō satis est, quod rho, pontifici omnia quæ sibi arrogat, libens cedo: debeo insuper probare, quod hæc decreta sunt contempta & irrita humano vnus Episcopi arbitrio.

¶ **Decima quarta.** idem Nicenū conciliū, Episcopo Hierosolymis tano, nō rhomano tribuit honoris primatū, dicens ibidem. Et vt

¶ **Si rho, pō.** oīm primus iure diuino, tota primitiua ecclia cū tot sanctis marty, fuit hæretica, qd ipū est cogitare

¶ **Reuera mē** oīm eccliarū est ecclia Hierosolymitana, non rhomana.

¶ **Ruffine, an** hæc videnti nō dolent oculi.

¶ **Duodecima.** Nicenū conciliū oīm sacratissimum tribuit rho, pō, suburbanarū eccliarū sollicitudinem.

¶ **Deciatertia.** Nicenū cōciliū statuit epōs ordinādos a prouincialibus Epīs.

¶ **Decia quarta** Honoris primatū

DECIMAE TERTIAE CONCLVSIONIS.

gatus antiq̄ Ep̄o Hierosolymorum antiquitus tradita honoris prerogatiua
tus tradita ē seruetur, manente nihilominus, & Metropolitanū ipsius prouinc
Ep̄o Hiero. t̄ dignitate. Doce me lector, quid faciendū sit. quando non facta
nō rhomano est, me hodierno tempore confiteri, rho, pontificem esse primū, nisi

¶ An nondū si mentiar quocq; & negem alium antiquitus fuisse primū, & tantū
etiam Ruffi concilij autoritati resistam. Deniq; in concilio Niceno primo loco
ne, tuum liuo sedisse scribitur Eustachius, Antiochenae eccl̄ae Ep̄us, nō Rho, nec
rē agnoscis? legatus Rho, Ep̄scopi lib. ij. tripart. c. v. quod esset intollerabile
hodierno iuri Rho, Ep̄i, nec tamen ideo h̄reticus fuit, aut Niceni
concilium contra ius diuinum egit.

Deciaquinta

¶ DECIMA QVINTA, si Rho, ecclesia est prima, propter pri
mum apostolum Petrum, eadem necessitate confitebimur, & Cō
postellanā ecclesiam esse secundam, propter apostolū sanctū Ia
cobum, et Ephesinam tertiam, propter apostolū tertium Ioannem,
& sic per ordinē apostolorū. At iste ordo nunquid seruatur? quo
iure ergo solus Petrus primā facit ecclesiam, nisi humano? Cur er
go Constantinopolitana, quae nullum habet Apostolū, praefertur
secūdo loco Compostellanā? Cur Alexandrina quae & ipsa nul
lum habet apostolū, praefertur Ephesinā? Cur Antiochena habet
apostolo praefertur Edissenā, quae apostolum Thomam habet?
Cur Hierosolymitana, his omnibus quinto loco postponitur, quae
Christum, Petrum, Iacobū, Ioannem, Item Iacobum columnam
(vt Paulus Gala. ij. scribit) habuit, & vniuersos discipulos? vi
des quā sit nulla ratio? quā Christus studiose huius primatus am
bitionem praenerit, & causas eiusdem penitus confuderit.

Decia sexta.

Quinetiam,
cur alij Ap̄i
curā pasceda
rum ouium soli
Petro nō per
miserunt, sed
iussu ch̄ri iue
runt in orbē
vniuersum?

Decia septima.

¶ Si papa est
super oēs ius
re diuino, nes
mo pōt eum
confessum ab
soluere.

¶ Quidam
Christum in
triumphantē
ecclesiam reij

¶ DECIMASEXTA, si ad solos Petri successores pertinet
verbū Christi, Tu es Petrus, & pasc oves, pari sequela concludit
tur, Solius Ioannis successores esse filios Mariae in cruce commen
datos, solos plus ceteris dilectos, quia hunc solum in cruce allocu
tus matri commendauit, ergo ab Ephesinis Ep̄scopis accipiunt
ceteri, vt sint filiae eccl̄ae & Mariae.

¶ Itē soli successores Iacobi & Ioannis essent filij Tonitruū, & so
li successores Iacobi minoris, eēt fratres domini. Et omnino, om̄
nium, ad quos Christus semel locutus est, successores, haberent ea
dem iure diuino. Quo, quid vanius dici potest?

¶ DECIMASEPTIMA, Si papa esset iure diuino super om̄s
fideles eccl̄ae, nullus posset eum absoluerē, nec confiten rem
audire. Quia quicquid iuris diuini est, immutabile est, nec vlla ra
sione potest se alteri submittere, & potestatem super se pati, sine ius
ris diuini iniuria. Non enim potest inferior fieri vllō pacto, nisi ho
minum arbitrio. ius diuinum stat fixum in eo quod est.

¶ IN FINE dico, Me nescire, an Christiana fides pati possit, in
terris aliud caput eccl̄ae vniuersalis statui, praeter Christū, sunt,
qui Christum in ecclesiam triumphantem reijciunt, vt Rho, pōti,
qui Christum in ecclesiam triumphantem reijciunt, vt Rho, pōti,
Matthaei vltimo. Ecce ego vobiscum sum, vsq; ad consumationē
seculi. Et illud Act. ix. Saule Saule, quid me persequeris? Ideo

RESOLVTIO. FO. XXVIII.

et in regnum fidei ecclesia vocatur, quod rex noster non videtur, sed ceditur, sicut, i. Cor. xv. dicit. Oportet illū regnare, donec pos-
na inimicos suos scabellum pedum suorum. Et tunc tradet regnū
& patri. At hi, regnū rez presentū faciunt, dum visibile cas-
ut erigunt. Nam & mortuo pontifice, Ecclesia non est sine capite
te, cur ergo viuo pōtifice, Christus non pro capite solus habetur?
An viuo pontifici cedit & mortuo succedit, velut quidam alter-
nus pontifex? Si autem & viuo pontifice Caput est, vt quid duo
capita in ecclesia statuimus?

ciunt, vt mill
tanti aliud ca
put constitut
ant cōtra euā
gelium.

CONCLVDO.

¶ Omnis sacerdos in articulo mortis & necessitatis est
Episcopus, est Papa, habens plenissimam plenitudinem
potestatis super confitentem, vt tenet sententiam com-
munis totius ecclesie, & ex b. Cypriani epistolis euiden-
ter cōvincitur. Ergo nec Papa est Episcopis, nec Episco-
pus est superior presbyteris, iure diuino, tenet consequē-
tia, quia ius diuinū est imutabile, tā in vita quā in morte.

Totius ope
ris summa.

FINIS.

¶ Si quid requiris amplius, alibi inuenies.

**Et in terra pax
hominibus bo-
ne voluntatis.**

¶ Lipsiæ ex Aedibus Valentini Schumañ
Anno domini Millesimo quinq-
gentesimo vigesimo.

1844635

mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, appearing as faint, illegible characters.

CONCLVDO

mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, appearing as faint, illegible characters.

FINIS

mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, appearing as faint, illegible characters.

mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, appearing as faint, illegible characters.